



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

CAPVT IX.



Hoc caput similiter ad primū preceptum pertinet, sicut omnia eo pertinet quæ in omni scriptura dicuntur de fide & timore dei & q̄ in nullo sperandū nulli q̄; iustitia tribuēda sit quā deo &c. Primū ergo fidem tentat, ut supra diximus, Audi Israël &c. Deinde eandē cōfortat, Scies ergo &c. Tertio usq; ad finē capituli imbrat populo peccata ne peccatorū obliuiscantur ut se iustos

Ne dicas &c. Breuiter. Sicut supra (putent. contra uires nostras ita per totū hoc caput insigniter contra iustitiam humanam agit.

Hodie] significat in hoc tempore, sicut cras futuro tempore, supra cap. 6. Nam in illa die qua locutus est hæc Moyses non sunt transgressi Iordanem.

Deus est ignis,

Horrendus contemptoribus & incredulis siue Iudæis ut supra cap. 4. siue gentibus ut hic. Ideo Heb. 12. dicitur. Quapropter regnum assumentes &c.

Ne dicas in corde tuo &c.

Insignis locus contra humanā iustitiam, sicut & supra dixit cōtra humanas uires, ut maneat soli gloria deo, Omnes enim peccauerūt & egent gloria dei. Et si Abraham ex operibus iustificatus est &c. Ro. 4. Primum oportet scire q̄oia non nostris sed dei uiribus & bona uolūtate fiant. Ps. 50. Benigne. Item, Scuto bonæ uo.

Deinde q̄ hęc ipsa faciat non propter merita & iustitias nostras, de illo supra, de hoc nūc sic dicit, Ne dicas in corde tuo cū &c. Moyses hęc probat sic primo, gentes istę impie egerunt, iccirco iusto dei iudicio deletę sunt. Ergo nō propter tuā iustitiā deletę sunt sed propter suam iniustitiā. Secundo. Tu illorū terras accepisti propter promissionē & iuramentū dei. Ergo nō propter tuā iustitiā sed propter dei iustitiā. Tertio. Durę cervicis es populus cuius & patres in deserto ob iniustitiā perierunt, quę est ergo tua iustitia? Hic potius tua iniustitia meretur dānationē &c. Hoc tertiu iam diligenter urget Moyses, ut nō obliuiscātur, usq; ad finem capitis. Nā hic oīno, nisi cęci sumus, uincitur hypocrisis nostra, quę enim sunt nostra opuscula bona ut gloriari audeant si respiciamus in impietatem totius uitę

Contendisti. (nostrę &c.

Heb. Amarus uel amaro animo fuisti. Ista est impietas nostra contra legem dei, uellemus legem non esse &c.

In Oreb. Hoc erat peccatū uituli aurę id quod statim exponit dicens. Quando ascendi &c. Vitulum aureū adorant qui sua cōmoda dei ueritati pręferunt. psal. Et cōmutatauerūt gloriam eius in &c. ps 105

XL diebus &c.

Christus semel abstinuit. XL. diebus & Helias, Moyses ter, ut in hoc ca. & sequēti uides. Miracula spūs sunt, nō quę homines possint imitari. Stulte ergo infertur.

Ergo nos debemus. XL. dies ieiunare, sed unde probabis q. debemus singulis annis? Et si ex facto sanctorum uis facere præceptū (ut nō dicam quod hoc impiū est) iam. XL. diebus & noctibus non debes edere & bibere. I nunc & gloriare stulta hypocrisis de tuo ieiunio ex imitatione Moysi & Christi &c.

Duas tabulas. De his supra diximus & addemus aliquid forte cap. sequenti.

Omnia uerba &c.

Et infra Tabulas fœderis, ut intelligas in decem præceptis contineri dei uoluntatem & nihil aliud à nobis requiri. Reliqua omnia externa quæ lex habet sunt ad tempus correctionis imposita. Externū sabbatum ipse Christus fecit nobis liberum, quem Moyses iubet audiri infra cap. 18.

Dimitte me.

Vide quid ualeat deprecatio iusti assidua de qua iacobus. Dominus se teneri dicit ne irascatur & cū hoc uerbo uideatur Moyses prohiberi ab oratione, potius inde accipit orandi fiduciā, sentiens ex ipso prohibendi ut apparet uerbo dominū teneri posse &c. Sancti itaq; tunc iræ dei se opponunt cum ab ipso animū opponendi accipiūt. Contra queritur Esaias ca. 44. Nō est qui inuocet nomen tuū, qui consurgat & teneat te.

Vt conteram &c.

Hic significabat dominus futurū (quod nunc uidemus) ut penitus

ut penitus abiecto incredulo Iudæorū populo uerbum dei susciperetur à gentibus credētibus, quam psalmus sepe uocat ecclesiam magnam &c.

Proieci. Zelus fuit Moysi pro domo dei, quem admodum Christi, quando eiecit e templo ementes & uendentes. Recte fregit. Indigni enim erant dono dei qui datorem blasphemabant, nec cōueniebat margaritæ porcis & canibus proijcere, Ita uerbū non debet prædicari blasphemātibus uerbū, tamen pro eis orari ut à blasphemia resipiscentes uerbū suscipere quæant. In altero pro deo agimus, in altero pro proximo etiā

Et procidi &c. (inimico.

Non opera hic respexit dominus, quæ certe etiam non fuerunt humana, sed fidem Moysi. Iccirco addit, Et ex audiuit me dominus &c.

Aduersus Aaron. Vbi sunt nostri qui dicunt summū pontificem errare non posse? Aaron erat certe ordinatione & uerbis dei summus populi pontifex constitutus. Sed uide hic q̄ Moyses mediator figurā habet mediatoris Christi, coram domino uere, sed non unctus sacerdos qui tamen cæteros unxerat, portans iniquitatem non solum populi sed etiam sacerdotij cuius erat pro peccatis populi exorare.

Ignem combussi,

Ne reliquæ manerent scandalo posteris, secundū præceptum de sculptilibus gentium supra cap. 7.

D

In incēdio] Nu. 11. Et ī tentatiōe Nu. 20. Et in sepul-
chris cōcupiscentiæ Nu. 11. Et quādo misit &c. Nu. 13.

Contempstis &c. (C. 14.

Heb. Amara castis os domini dei uestri. Contempti uer-
bi eos arguit. Non possunt non esse rebelles uerbo in-
tus in corde ut cūq; aliud foris simulent qui spiritū dei
non conceperunt. Vide supra cap. 5.

Sic recte oramus pro nobis quando oramus ne deus
intueatur in nostra merita aut iustitias, sed in opus mi-
sericordiæ suæ, in promissionem suam, ne blasphemetur
nomen sanctū eius ab impijs si derelinquat nos in
peccatis nostris qui sepe audierunt nos de misericor-
dia eius gloriari &c. Et ita tota nostra oratio desti-
nabitur ad dei gloriam. Contra hypocritæ orando ut
maxime non dicant tamen sentiunt. Non sum sicut cæ-
teri hominum &c. quorum (ut in psal. dicitur) ora-
tio fiet in peccatum.

CAPVT X.



Hoc caput spiritualibus indiget oculis ut
uideatur. Lex prius fracta instauratur.
Sacerdotum uetus moritur. Sacerdotia
um nouum in Leui indicatur Legem esse
spiritualem clare ostenditur, & gratia dei commen-
datur. Ex quibus fluit fidei charitatisq; prædicatio,
quæ est summa omnium prædictorum.